



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 17.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

querelis c. 7. c. 15. Ioan. 9. Hinc etiam concludebant: disciplinam, & severitatem morum per Christum solui: cum tamen solus Christus legem perfectissime servaret.

Musculi calumniæ. Porro iniqua est querela Wolfgangi Musculi; suis doctoribus tale quid accidere, cum docent non esse credenda, quæ vel per Pontificum decreta, vel Conciliorum sanctiones, vel Monachorum somnia sunt inducta. Iniqua inquam est ista querela. Neque enim vllum damnamus, quod Monachorum somniis non credat; neque solum hæreticos accusamus, quod Pontificum & Conciliorum sanctionibus non acquiescant: Sed insuper eos accusamus tanquam divinæ legis violatores; nec hoc modo, verum etiam dicimus, eos doctrina impia divinæ legis auctoritatem tollere. Docent enim eos, qui vere credunt, legis violatione, poenam non incurere, ut in Epistola ad Romanos ostendi. At Christus peccatoribus iudicium, Concilium, inferos minatur. Cum autem se, quamvis irascantur, talem, aut fatue dicant fratribus, negent eos fieri, sane legem ipsam auferunt: cum poenam, quæ sancita est, non agnoscunt.

Hæretici legem violant, & docendo solvant. §. 2. Prava vero est, & Libertinis fauet aduersarij hæresis, ut ex Caluino constat, l. 2. instit. c. 7. §. 15. [Quæ vero de maledictione dicuntur à Paulo, non ad institutionem ipsam pertinere, sed solum contrin-

genda conscientie vigorem, constat. Non enim solum docet Lex, sed imperi de exigat quod mandat. Si non exhibetur, imo si qua in parte ab officio celsetur, maledictionis fulmen stringit. Hac ratione dicit Apostolus, omnes qui sunt ex operibus legis, esse execrationi obnoxios, quia scriptum sit, Execrabilis omnis qui non complet omnia.]

Hæc in explicat one Pauli refutani. Hoc solum moneo, ab eo legem tolli, qui conscientie constituta vigorem ab ea tollit. Nisi sit lex mere poenalis; quamvis & illa suo modo conscientiam obliget. Hac enim in parte differunt leges, & exhortationes. Itaque falsa veris miscet Caluin. l. 2. cap. 7. §. 14. [Nunc ergo

(inquit) quoniam vim exhortationis erga fideles habet Lex, non quæ eorum conscientias maledictione liget, sed quæ pigritiam subinde instando excutiat, & imperfectionem vellicet: multi dum volunt significare hanc ab illius maledictione liberationem, dicunt, abrogatam esse legem fidelibus (de morali adhuc loquor) non quod amplius illis non tibeat, quod rectum est, sed duntaxat ne sit illis, quod antea erat, hoc est, ne eorum conscientias per terrendo & confundendo, damnet ac perdat. Et sane talem legis abrogationem non obscure docet Paulus. A Domino quoque

Paulus non liberat à lege conscientias. fuisse prædicatam ex eo apparet, quod opinionem illam de Lege à se dissipanda non refutasset, nisi inuallisset inter Iudeos. Quum autem non potuerit temere sine vilo prætextu emergere: credibile est ab eius doctrina falsa interpretatione fuisse natam: quam licet cuncti ferè errores occasionem à veritate sumere confutauerunt. Nos vero ne ad eundem impingamus

lapidem, accurate distinguamus quid in lege sit abrogatum, quid firmum adhuc maneat. Quum testatur Dominus se non venisse ad legem abolendam, sed ad implendam: nec præteritum donec cælum ac terra transeant, apicem ex Lege, quin omnia fiant: nihil de obseruantia Legis per suum aduentum detractum iri satis confirmat. Et merito: quando in hunc finem potius venit, ut eius transgressionibus mederetur. Manet igitur per Christum inuolabilis Legis doctrina, quæ nos docendo, admonendo, obiurgando, corrigendo ad omne opus bonum formet ac comparet.]

Addendū est manere legem, non modo docendo, admonendo, obiurgando, corrigendo, sed conscientiam confringendo, transgressoribus iram Dei, atque poenas

inferendo. Quæ enim dixerit, fatue, reuserit gehennæ ignis.

§. 3. Christus legem seruauit, adeoque perfectissime impleuit. Legem enim animo, verbis, opere sine vlla exceptione consummavit. Maxime vero per caritatem perfectissimam, ut monet Tract. 7. in Ioan. nem S. Augustinus, Venerat autem tempus ut impleveretur Lex per dilectionem, quia à Iudæis non poterat impleri per timorem. Vnde Dominus dicit: Non veni soluere Legem, sed adimplere.

Deinde promissiones exhibuit. Omnis enim Lex, omnisque Prophetia huic ad scopum tendebat. Denique quod in lege erat imperfectum, sustulit, ornamenta adiecit. Gratiam attulit, quæ seruari posset, bene interpretatus est, ne præpostere seruaretur.

§. 4. Magnus est, & damnabilis error Caluini, l. 4. instit. c. 13. §. 12. Omnia mandata esse, quæ Christus dixit nulla consilia duntaxat. [Age, inquit, calumniam esse dicant, quod antea tradidi, non esse contentos præscripta à Deo regula. Atqui etiam si taceam, ipsi Christus satis se accusant aperte enim docent se plus oneris suscipere, quam suis Christus imposuerit, quoniam

scilicet Evangelica consilia de diligendis inimicis, de non appetenda vindicta, de non iurando, &c. se feruatos promittant: quibus non sunt communiter astricti Christiani. In eo quam nobis antiquitatem obtendunt? Nulli inquam veterum hoc venit in mentem: omnes vna voce clamant, nullam penitus voculam à Christo emissam, cui non sit necessario obtemperandum. Et hæc ipsa nominatim, quæ isti boni interpretes Christum consuluissè duntaxat nugantur, iussa esse, nulla dubitatione vbique docent. Sed quia hunc pestilentissimum errorem esse supra docuimus, satis hic fit breuiter notasse, ea opinione fundatam esse monachismum qui nunc est, quam merito pii omnes execrari debent: ut scilicet fingatur aliqua esse perfectior viuendi regula, quam ista communis vniuersæ Ecclesiæ à Deo tradita. Huic fundamento quicquid superstruitur, non nisi abominabile esse potest.]

Fraudem hoc loco, & hæresin reprehendo. Fraudem quidem; quod exempla consiliorum ponit illa, quæ in sacris quoque dicimus. Diligere enim inimicos, illis offensam remittere præceptum est, non consilium. Vindictam sibi præstare damnabile est, iurare ut Christus prohibuit, nunquam licet; Lex enim iurandi meritatem, leuitatem & periuriam vetat. non omne iurandum. Hæresin vero; omni vocula à Christo emissæ necessario obtemperandum esse. Solum enim cepit, de voce imperante, non de consulente, & suæ quemque libertati relinquentem accipiendum est. In primitiua Ecclesia, venditis patrimoniis pecuniam deponebant ad pedes Apostolorum, perfectior illa erat viuendi ratio, quam aliorum, qui suis facultatibus utebantur; nec mandatum tamen vendendi, & depoenendi acceperant, sed Consilio id faciebant.

§. 5. Non modo hæreticos Catholici hinc verbis refutant, verum etiam illos alios sectarios conuincunt, nempe Anomos, & Antinomos, de quibus l. 5. præla Polit. de legibus tractans egi. Hoc loco Davidis Christi verba ponere consultum duxi: ut appareat eos in euntium ta confutare socios sectas, ut tamen etiam ipsi à veritate longissime abeant. [Ideo constanter (inquit) excludendus est furor Antinomorum, qui fingunt legem in Ecclesia non amplius prædicandam esse. Cum enim in Ecclesia necesse sit agnoscere peccatum & iram Dei, perspicuum est, ministerio legis opus esse; Rom. 7. Per legem agnitio peccati. Item, Lex iam efficit. Rom. 7. Peccatum non cognoui nisi per legem. Quod autem disputant Antinomi magnitudinem peccati & iræ Dei, nulla alia re illustrius conspici, quam in morte

mortē filiī, ideoque prædicatione legis nihil opus est, hæc quam sit uilis confectio, hæc gratissima ratio demonstrat. Quod si legem non potest agnoscere, aut cogitari causa, propter quam filius Dei mortem subiit, & pro nobis maledictum factus est, nec magnitudo beneficii Christi, qui nos liberauit à maledictione legis, factus pro nobis maledictum, potest intelligi. Sed refutatio Antinomorum maxime illustrat hæc concio Christi in monte, Comprehensa 5. 6. 7. capite Matthæi, in qua expressis verbis adsecratur, se nullo modo abolere Legem, sed implere. Quæ sententia ut studiosis illustrior fiat, cogitent Christum his quatuor modis implere Legem. I. Quia ipse pro sua persona est conformis normæ Legis diuinæ, & perfectus est talis, & præstat talem obedientiam, qualem lex flagitat. II. Quia satisfacit pro nobis, deriuat in se iram Dei aduersus peccata omnium hominū, & persoluit sufficiens *Autogen*, propter quod nobis donatur, & imputatur iustitia, perinde ac si Legem fecissemus. III. Quia restituit legem in nobis. Effundit enim in peccata credentium suum Spiritum, qui obedientiam & conformitatem cum Legge Dei in hac vita inchoat, & postea consummabit, ut Ierem. 31. dicitur, Dabo legem meam in corde eorum. IIII. Quia sancit & confirmat doctrinam Legis & docendo veram ac genuinam Legis sententiam illustrat, detestis opinionibus falsis Phariseorum, & Monachorum, qui finxerunt Legi Dei satisfieri externa disciplina, & hanc mereri remissionem peccatorum, & esse iustitiam coram Deo, & meritum Vitæ æternæ.

Contra hos errores docet in hac concione Christus, Legi Dei nequaquam satisfieri externa disciplina, præcepta Decalogi postulare obedientiam non solum in externo opere, sed in mente, voluntate, & corde integram conformitatem cum hac norma. Suntque hæc Conciones Christi veræ & proprie sententia iudicii diuini aduersus peccata in genere humano proposita, ut agnoscamus peccatum, & iram Dei, & agamus penitentiam, & confugamus ad Christum Mediatorem.

Hanc commonefactionem in initio recitauit, ut considerent studiosi, Ministerium Legis agnoscere peccatū, necessario in Ecclesia retinendum esse: & totam explanationem doctrinæ de Legge Dei, quam in locis institutis, ad hoc caput illustandum referri possit: & ut cogitent accuratissimis limitibus discernenda esse genera doctrinæ, Legem & Euangelion: hanc concionem Christi, quæ tribus sequentibus capitibus continetur, nequaquam esse vocē Euangelii seu Christi propriam, sed esse doctrinam Legis, ac ad Decalogum pertinere.

§. 6. Multa contra hæc l. 17. & 18. apud S. Augustinum à Faustio Manichæo hic obiciuntur. Nam primo. Dixisse hoc Christum negat: quia Ioannes, qui in monte fuit, eius non meminit, Matthæus vero, qui tum nondum erat Apostolus, recenset. Deinde ideo soluisse legem, quia nihil tale eo faciente Iudei non suspicarentur. Tertio, nihil detrahi, nihil addi Deo legi patitur, Deut. 32. Et l. 18. iam nec se nec Augustinum seruare legem, ideo Christum abrogasse. Se quidem non credere, hæc dixisse Christum, Augustino vel seruandam legem, vel Christum abnegandum.

Quæ etiam l. 19. amplius urget idem Faustus. Respondet S. Augustinus ad primū. Matthæum potuisse verba de Christo scribere etsi non adfuit, alioqui nec Manichæo credendum, ut qui non adfuit, cum à Christo ista dicerentur. Nos autem, inquit, non propterea dicimus non credendum Manichæo, quia dicta factique Christi non interfuit, & longe post natus est: Sed quia de Christo contra Christi discipulos loquitur. & contra Euangelium, quod eorum auctoritate firmatum est.

Ad alterum respondet. Iam illud quam sit infirmum quis non videt, quod aut, non eum dicere potuisse, Nolite putare, Christus quia veni soluere legem, aut Prophetas, non veni soluere sed adimplere: nisi aliquid tale iam fecisset, ut in hanc suspensionem legem, posset venire: quasi nos negemus Iudeis non intelligentibus videri potuisse Christum destructorem legis & Prophetarum: Sed hoc ipsum est, cur ille verax & veritas non potuerit de aliâ lege, & de aliis Prophetis dicere, quod eos non solueret, nisi de iis, quos illi eum soluere suspicabantur. Quod hinc etiam satis confirmatur, quia ibi sequitur & dicit: Amen dico vobis, donec transeat calum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non transiet de lege, donec omnia fiant.

Ad tertium libro 18. & 19. responderet. Abrogatam non esse legem ærimoniam, sed potius abrogatione Lex carpitur. Ea Christiani ex lege, & Prophetis non faciunt, monialis quibus significata sunt ista, quæ faciunt. Ille quippe erat figura futurorum, quas rebus ipsis per Christum reuelatis & prætemple sentatis auferri oportebat, ut eo quoque ipso, quo hæc ablata sunt, ea est. lex & Propheta implerentur. Ibi quippe & hoc scriptum est, daturum Deum testamentum nouum, non quale deditur, patribus eorum. Populus enim ille pro suo corde lapideo, multa præcepta magis sibi congrua, quam bona acceperat, quibus tamen figurarentur & prophetarentur futura: Sed tunc à non intelligentibus celebrabantur, cum autem venerunt & patefactæ sunt, quæ illi significabantur, non iam illa iubentur faciendæ, sed leguntur intelligendæ.

Vnde nec vane superstitioni succubimus, nec illud Euangelij capit falsum esse dicimus, nec Christi discipulos nos negamus: quia ea ratione veritatis, quam pro meis viribus toties exposui, non aliam legem, nec alios Prophetas, quam eos quos Catholica tenet auctoritas, non venit soluere, sed adimplere.

Deinde libro decimonono pluribus exponit. Quomodo Christo implevit legem caritate, quodque nihil contra Dei præceptum addiderit.

QVÆSTIO II.

An Christus, cum suam legem confert ei, quæ dicta est antiquis, nouam omnino condar?

§. 1. Magna est inter auctores, & viros doctos controuersia. An legi veteri Deus aliquid addiderit, an vero falsas Phariseorum traditiones, interpretationesque excluderet. Nouatores contendunt, tantum veterum legum corruptiones, cortexisse. Ita Galuinus l. 2. inst. t. c. 8. §. 7. [Hunc (inquit) quum esse Legis sensum dicimus, non nouam ex nobis interpretationem ingerimus, sed Christum sequimur, optimū Legis interpreterem. Quum enim Pharisei peruersa opinione populū imbuisent, Legem perficere, qui externo opere nihil aduersus legem perpetuassent: hunc periculosissimū errorem arguit: & impudiciū mulieris aspectum, scortationē esse pronuntiat: homicidas restatur, quicumque fratre oderint, facit enim reos iudicio, qui vel ira animo conceperint, reos consilio, qui murmurando aut fremendo aliquam offensi animi significationem dederint, reos gehennæ ignis, qui conuiciis & maledicentia in apertam iram profilierint.]

Eodem sensu Bullingerus: [Et hinc claret duplicē esse, Pharisei iustitiam, aliam quidē Pharisaicā, ac falsam, aliam vero Christianā, ac veram, Pharisaica iustitia oriti videtur ex vitio & adulterino legis sensu. Hærebant Pharisei in cortice & externo opere legis, ad medullā non penetrabant, neque spiritum, & ipsum legis ingenium germanū capiebant. Idcirco iustos sese esse arbitrabantur, & legē impleuisse, si neminē occidissent gladio, si neminem per rapinam, & vim publicā spoliassent sitis facultatibus, si concubitu adulterino alienas uxores non polluisent, breuiter si Legem secundum literā tenerent præstitissent: interea vero nullā habebant rationem fidei: finē & spiritum legis profus ignorabant, mentes, & animo inquinatissimi erant. Ergo quæ se præditos putabāt iustitia, non erat iustitia, sed hypocritis potius, nā in 23. c. apud Matthæū Dominus vā vobis, ait, scri-

ba & Pharisei hypocritæ. quia similes estis se pulchris dealbatis, quæ totis quidem apparent speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, omnique spurritia. Sic & vos foris apparetis quidem homines iusti, intus autem pleni estis fictione, & iniquitate.

Christus
noua qua-
dam addi-
dit.

§. 2. Mihi certissimum videtur, quædam ex veteri lege Christum tollere, & noua eorum loco reponere. Quædam vero à Phariseorum corruptelis vendicare, & recte interpretari, & sua de cæratione mentem legislatoris ostendere. Itaque qui vnam duntaxat responsionem adferunt, à vero sensu aberrant; quod eo magis miror, quod iam olim inter Augustinum & Faustum Manichæum tribus libris disputata sit illa quaestio.

Manichæi
Mosis legem
destruunt.

Urgebat I. 19. Faustus. Aut Christum non dixisse: Non veni soluere legem, &c. aut si hoc dixisset: Debere Augustinum seruare legem, nec soluere, quam non soluisset Christus, aut si id noller, non esse discipulum Christi. Addit Faustus. Christum locutum de præceptis, quæ per Enoch & Seth & ceteros iustos promulgata fuerunt. Vt non occides, &c. hæc Christum adimplere, cum dicit: ne irascamini. Alia: vt dentem pro dente, destruere. Itaque illa quæ Mosis sunt, destructa, quæ veterum iustorum, impleta.

Respondet Augustinus de Cæremoniis, vt supra dictum. Non seruare eas Christianos, quia iam Christus, quem venturum nuntiabant, aduenit. Vnde, inquit, quid mirum est, quid absurdum, imo quid non congruum & consentaneum, si post eius cessante aduentum, quicquid ideo fiebat, vt eius prænunderet aduentum? Figura igitur rerum, quæ ad hoc obseruabantur, vt ipsa earum obseruatione venturus Christus prophetaretur, vsque adeo non debent propterea putari per Christi aduentum non impleta, quia illo veniente non obseruantur, vt nisi iam per aduentum Christi impleantur, adhuc obseruentur.

Denique has adeo non obseruari à Christianis, quia eadem Christus impleuit, nec promittuntur amplius. Itaque illa ait non soluta, sed impleta.

Præcepta
moralia
non soluta.

De præceptis morum ita respondet. Illa præcepta Non occides, & similia, non esse per nouam aditionem adimplenda. Ita cap. 20. Proinde primum ab his quero, vtrum illi antiqui iusti, Enoch & Seth, hos enim potissimum Faustus commemorat, & si qui alij, non solum ante Moysen, sed & si qui ante Abraham fuerunt, irati sint fratri sine causa, aut dixerint fratri fatue. Si enim non dixerunt, cur non & talia docuerunt? Quod si & talia docuerunt, quare quemadmodum vel eorum iustitiam doctrinamque Christus adimplerit, addendo, Ego autem dico vobis, si quis irascitur fratri suo, aut si quis dicit racha, aut si quis dicit fatue, reus erit iudicij, vel consilij, vel gehennæ ignis: quandoquidem & illi eodem modo vivebant, eodem modo viuendum monebant? An ignorabant illi iusti frenandam esse iracundiam, nec perulanti conuicio fratrem esse lacestandum: aut nouerant quidem, sed ab his se abstinere non poterant? Ergo reuerant gehennæ: quomodo igitur iusti? Profecto enim nec imperitiam rerum ad suam officium pertinentium, nec intemperantem aures dicere eorum fuisse iustitiam, in tantum vt eos faceret reos gehennæ. Cur ergo illam legem, secundum quam vivebant antiqui iusti, hæc addendo Christus impleverit, cum eorum quoque iustitia sine istis esse non posset? An dicturus es, quod præceptis iracundia, & lingua improba, ex quo venit Christus, cepit ad iniquitatem pertinere, antea vero non erat iniquum, vel corde vel ore ista committere? Sicut in quibusdam rebus pro temporum proprietatibus institutis, inuenimus nunc aliquid non licere, quod ante licuerit: vel quod ante non licuerit, nunc licere. Non vsque adeo desipis, vt hoc dicas sed etiam si dicas responditur tibi, quod secundum istum intellectum Christus non adimplere venterit, quod legi antiqua defuit, sed legem instituere quæ non fuit, si dicere fratri fatue, cum apud antiquos iustos non fuisset iniustum: nunc iniustum esse Christus voluit, vt qui quis hoc dixerit, reus sit gehennæ.

Sententia igitur Augustini est, hicin illis nouam legem non esse latam. Si d'error in eorum confutationem, qui homicidium, non nisi humani corporis inuersionem, intelligebant. Dominus enim omnem voluminarium motum ad nocendum proximo prohibet.

In repudio vxoris, noua lex est lata, seu potius antiquissima reposita. Nam prima lex erat; vxorem non dimittere. At dispensationem, seu priuilegium Deus interposuit propter duritiam cordium Iudaicorum: quod priuilegium Christus fustulit, & legem redidit: graui, non dissoluit.

§. 3. Ex S. Augustino itaque de recentium disputationibus iudicandum est. Quod enim quidam auiunt, Christum se opponere antiquis, & Moisaicis. Id quidem Fausto, non autem Augustino probabatur. Quam enim Faustus dicebat adimplerem aliquo additamento factam, eam Augustinus negat. Sed ait veteribus quoque ipsam additionem fuisse mandata. At nunc audebant Pharisei & discipuli, Non occides, & hoc antiquis dictum esse. At Christus monet, calumniose se traduci, quasi legem soluat, cum non modo manum à cæde continere iubeat, sed linguam quoque à conuicio, & animum à consensu. Existimant nonnulli illa quidem verita in veteri lege, atque adeo ipsam veritatem concupiscentiam, sed minus expresse. Verum miror hæc à iuris doctis adferri. Vt enim taceam expressissimam mandata, non concupisces, in veteribus tabulis fuisse, terum constat sane D. Paulum, Rom. 7. 7. legi tribuere cognitionem concupiscentiæ. Eadem etiam lex impudicos aspectus prohibebat. Nec defuit Scripturæ verba quæ eas peccata esse demonstrent. Addo denique dilectionem Dei ita præceptam, vt addidit I. possit. Iubet enim lex ex toto corde diligere.

Nec mihi valde ab hac expositione veteres abiisse videntur, etiam illi qui aliter sensisse existimantur, arguendoque in aliam sententiam citantur. Tert. de patient. c. 5. nationem Merito ergo benedictus, quia & fidelis: merito fidelis, quia & corrigi patient. Ita fides patientia illuminata, quum in nationes seminaretur, per semen Abraham, quod est Christus, & gratiam legi superduceret, ampliando adimplendaque legi adiutricem suam patientiam præferebat, quod ea sola ad iustitiam doctrinam retro defuisset. Nam olim & oculum pro oculo, & dentem pro dente repetebant, & malum malo fenerabant: nondum enim patientia in terris, quia nec fides: scilicet interim impatientia occasionebus legis ferebatur. Facile erat absente Domino patientia & Magistro. Qui postquam superuenit, & gratiam fides patientiam composuit, iam nec verbo quidem lacessere, nec fatue quidem dicere sine iudicij periculo licet. Prohibita ira, restricti animi, compressa perulanti manus, exemplum lingua venenum plus lex quam amiserit, inuenit: dicente Christo: Diligite inimicos vestros, & maledicentibus benedicite: & orate pro persecutoribus vestris, vt filij sitis Patris vestri celestis.

Non ait Tertullianus patientiæ legem non fuisse. Lex patientiam defuisse, legis adiutricem, non enim hientia tanta gratia fuit, quantam præsentia Christi attulit fuit, copiose sane præceptum datum Abrahamo ostendit passa patientiam. Tale præceptum quod nec Domino perfici placuit, & patientia patienter audiuit, & si Dominus voluisset, impleverit. Atque, hoc defuit. est quod monet Augustinus I. 19. c. 27. contra Faustum. Vides quam sit alter intelligendum, quod ait, Non se venisse legem soluere, sed adimplere, scilicet vt non quasi semiplena ista verbis integraretur, sed vt quod litera iubente propter superbiorum presumptionem non poterat, suadente gratia propter humilium confessionem impleteretur opere factorum, non adiectio gratiam ne verborum. Fides enim sicut Apostolus ait, per dilectionem operatur. Vnde idem dicit, Qui enim diligit alterum, legem impleuit. Ista charitatem quia veniens Christus, per Spiritum Sanctum, quem promissum misit, in manifestatione donauit, quæ sola charitate iustitia Legis posset impleri: propterea dixit, Non veni soluere Legem, sed adimplere.

Hoc

Hoc est nouum Testamentum, quo huic dilectioni hereditas Regni celorum promittitur, quod in figuris veteris Testamenti pro temporum distributione tegebatur. Vnde idem dicit, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis.

Et an Epiphanius hanc f. 33. contra Ptolomaitas eadem in sententia. At enim in hisce verbis, Oculum pro oculo, non esse implicationem, vt Ptolomai conabatur ostendere, sed eandem ipsam legislationem, qua idem efficeret, quod mandatum Domini. Si quis te percusserit, praebe ei & alteram.

Nec aliud sensit Iren. l. 4. c. 27. Qui contra Marcionem probat, Christum non dissoluisse veterem legem, sed impleuisse, dilatare, extendisse. Primo fidem exempli cationem tradidisse. Deinde docuisse facere, non tantum dicere, at Iudaei dicebant tantum. Tertio modum praescribere etiam, vt nempe non veluti fere, sed vt liberi legem feruent, debere autem maiorem, & operosiore esse libertatis operationem, & pleniorum erga liberatorem nostrum infixam nobis subjectionem. Et demum addit. Quia igitur naturalia omnia

in praecepta communita sunt nobis & illis, in illis quidem initium & ortum habuerunt, in nobis augmentum & adimplerionem. Assentire enim Deo, & sequi eius verbum, & super omnia diligere eum, & proximum sicut seipsum, (homo autem homini proximus) & abstinere ab omni mala operatione, & quacunque talia communia vtriusque sunt, vnum & eundem ostendunt DEVM.

Non igitur in praeceptis naturalibus diuersitatem facit: Sed in nobis maiorem gratiam, qua illa feruentur, caritatemque cognoscit.

Nec aliud Chrysostomus hom. 16. in Matth. qui tres modos, quo legem Christus impleuit, recenset, Tertium modum ait, augmentum, & complementum fuisse. Sed vt malignam suspicionem a se amoueret, quasi legem destrueret. At enim Iudaeos cum prauaricarentur legem quotidie, verba tamen immobiliter tenuisse.

Exponit etiam haec S. Aug. Serm. 10. in monte c. 8. In hac sententia sensus duplex est, secundum vtrumque tractandum est. Nam quod dicit, non veni soluere legem, sed adimplere: aut addendo dicit quod minus habet, aut faciendo quod habet. Illud ergo prius consideremus, quod primo posui. Nam qui addit quod minus habet, non vtiq; soluit quod inuenit, sed magis perficiendo confirmat.

Cum vero addit aliquid, non semper praeceptum est, sed consilium, vt singulis locis explicabo.

QUESTIO I.

An nullus apex, aut Iota transibit à Lege?

§. 1. Iota seu יוד, minima litera est, apex, seu כּוּץ, quae hoc loco Syris dicitur סרְתָּה Sertha non est punctum quale latini supra Iod scribunt, sed literae membrum seu pars. Keqaba cornu, antenna, cuiusvis rei eminentia dicitur. Syrum dicitur vel quod superfluat, hoc est, emineat, aut sane quasi סרְתָּה quod lineam significat, ac si dicat, nulla alicuius literae lineola, seu ductus peribit. Ceualterius Calvinianus hoc ex loco probare nititur olim puncta fuisse in vsu. Cui repugnant Hebraei, qui per apicem forte puncta intelligunt literarum fastigia, & eminentias. Minus vere alii literarum abbreviationes, aut lineas literis superpositas; nam & illa sunt inuenta nouitia. Elias in praef. Maforeth ait inuenta annis 436. à vastatione templi, constat D. Hieronymi tempore nondum visitata fuisse. Mihi cerum est, hoc ex loco nihil de punctis posse probari. Nusquam enim illa puncta, seu apices dicuntur Graecè κεφαλαί cornua, sed στυλα, multo minus סרְתָּה Sertha Syris vocantur puncta, sed lineola potius, & ductus: aut sane exemplum datur, vbi pro punctis Hebraei s vocalibus accipiuntur. Omnia

enim huius verbi ad lineas pertinent; nam סרְתָּה Sarith est lineas ducere. סרְתָּה Saritha, lineae, סרְתָּה Sertha, apex & סרְתָּה serum seu corona.

§. 2. Perridicula est de hoc loco Valentianorum infantia. Per Iota decem Aonas significari. אִיּוֹתָא דְּלִיבְרִיא רִבְּנָא שְׁנַיִן מֵרִבְּנָא דְּסֵדְרָא אִיּוֹתָא דְּלִיבְרִיא רִבְּנָא שְׁנַיִן מֵרִבְּנָא דְּסֵדְרָא. Ad haec per duas primas nominis ipsius literas hoc est Iota, & et a octodecim Aonas significanter indicari, eodemque modo decem Aonas per literam Iota, quae in ipsius nomine locum primum obtinet, significari aiunt, atque huc spectasse Saluatorem cum dixit, Vnum Iota, aut vnus apex non prateribit à lege.

Haec referte libuit, non vt refutarem; nec enim obsoletae, & ridiculae haereseis refutatione indigent; verum vt appareat, demonem in peruertendis Scripturis semper sibi esse simile. Nam minus repugnancia verbis Christi Anomi, Antinomi, Calviniani docent, Legem iam non obligare conscientiam, eius penas electis non timendas. Si enim nihil de lege praeterit, totus ergo vigor legis manet, tota obligatio, poenaeque cum reatu eas violentum: non enim de literis & apicibus, sed mandatorum immutabili firmitudine, & vi Christus loquitur, apices enim quotidie truncantur, & pereunt.

§. 3. Quod adiungit: Donec omnia fiant. Duplicem habere sensum possunt. Nam alii ad legem referunt; eam semper stabilem manere, alii ad legis praestitatem; nempe fore vt omnia quae legibus praescripta sunt, ab aliquibus feruentur, vsque ad mundi finem.

Prior expositio in quibusdam legibus facile intelligitur. Promissiones enim legis & minae omnino complentur. Fidelis est enim Deus, & promissor immobilis. Seuerus etiam & iustus, & cum lata est sententia inexorabilis. In Cerimonialibus, quia omnium figuris veritas successit, nullus apex perit, sed rebus ipsis & veritate perfectus est. Quemadmodum expectatio non dicitur perisse, cum omnia quae petebantur, & expectabantur, aduenerunt.

De lege morali, & naturali omnes nouatores interpretantur. Donec omnia fiant. [Sed quid est omnia legis fieri, inquit Calvinus, vsque ad minimum apicem? videmus enim quantum à perfectà Legis obseruatione distent homines, etiam qui Spiritu Dei sunt rege- niti. Respondeo, istud Fieri, non referri ad hominum vitam, sed ad solitam doctrinam veritatem, ac si diceret. Nihil esse fluxum in lege, nihil temere positum: ideo fieri non posse, vt inde vna litera euanescat.]

Non recte Calvinus. Quamuis enim Christus ostendat legis stabilitatem; eam tamen probat à consequentibus; nam vsque ad mundi finem fideles hac normâ, vitaeque regula vtentur, atque ex gratia cordibus infusa, quae legis sunt facient, cum eas Iudaei prauaricentur. Firma autem lex est, cui se omnes fideles, vsque ad consummationem saeculi accommodant. Nam quis ille sensus est. Iota vnum, aut apex non prateribit, donec omnia fiant. Quae sunt illa, quae fient? Non est lex ipsa; illa enim iam à principio lata est. Legis igitur impletio est. Quod si sensus est. Non tollitur apex de lege, donec omnia fiant, hoc est, lex firma manebit; nihil ad rem facit. Si vero dicit. Donec omnia fiant, hoc est, Si lex maiora conferantur, & poenae irrogentur, vt Daniel Tostanus interpretatur, minus quidem absurde exponitur textus, non tamen sufficienter, cum Christus indicet, penes legem manere obligationem, directionem, vigorem. Hunc in modum Chrysostomus hom. 16. in Matth. explicat. Quod dicit, eiusmodi est; Impossibile est, legis decreta non perfici. Nam minimum quoque eius oportet impleri: quod certe fecit ipse, omni illam diligentia, curaque seruauit.

Magis aduersantur legi Christi haeretici nostri, quae veteres.

Lex stabilis est, & semper ab aliquibus perficitur.

Legis firmas ex obedientia ostenditur.

Si lex maiora conferantur, & poenae irrogentur, vt Daniel Tostanus interpretatur, minus quidem absurde exponitur textus, non tamen sufficienter, cum Christus indicet, penes legem manere obligationem, directionem, vigorem.

seruando. Nec vero id ipsum simpliciter posuit, sed ut audito-
rem excitaret, atque ostenderet, perfectiorem se introducere
disciplinam. De leg's igitur impleione vsque ad finem
loquitur, cuius nulla pars est, quæ non aliquando ab
aliquo perfecte seruata sit, semperque vsque ad fi-
nem sæculi seruanda.

VERSUS 20.

*Qui ergo soluerit vnum de manda-
tis istis minimis, & docuerit sic
homines, minimus vocabitur in
regno cælorum. Qui autem fece-
rit, & docuerit, hic magnus voca-
bitur in regno cælorum.*

QVÆSTIO I.

*An hic recte concludant Sæctarii nullum esse
peccatum veniale?*

§. 1. **R**espondi de hoc loco in defens. Bellarm. l. i.
c. 12. contra Pareum, libro quem merito de
crudelitate Calvinistica appellauit. Verum ob alio-
rum obiectiones vberius hoc loco respondendum
est. Omnium quidem illa est argumentatio. Viola-
tio minimi mandati excludit regno cælorum; mini-
ma igitur peccata sunt mortalia. Ita Calvinus l. 2. c. 8.
„ §. 59. [Vtinam (inquit) reputarent quid sibi vellet illud
„ Christi dictum, qui transgressus fuerit vnum de man-
„ datis istis minimis, & docuerit sic homines, nullus ha-
„ bebitur in regno Cælorum. An ex eo numero non sunt,
„ dum legis transgressionem ita extenuare audent, ac si
„ digna morte non esset? Atqui oportuerat considera-
„ re, non simpliciter quid præcipiatur, sed quisnam sit
„ ille qui præcipit, quia in qualicumque mandata ab eo
„ Legis transgressiuncula eius authoritati derogatur.
„ An illis parum est Dei Maiestatem vllâ in re violari?
„ quicquid, Deinde si suam in Lege voluntatem exposuit Deus,
„ displicet, quicquid Legi contrarium est, illi displicet.] Atque
„ hæc hunc in modum Calu. hoc loco insinuat. Daniel
„ est malum. Tossan. alii. Responderat Bellarm. & Patrum au-
„ thoritate responsionem firmauerat. Non dicit, qui sol-
„ uerit, sed, qui soluerit & docuerit sic homines, non exclu-
„ ditur qui otiosum verbum dixerit, sed qui negarit esse
„ peccatum, otiosa loqui. Ita Hieronymus, & Augusti-
„ nus de Sermonem Domini in monte l. 1. Altera eorum-
„ dem solutio, minima vocari, non quorum violatio
„ minimi sit criminis, sed quæ seruata minimè perfici-
„ ant, ut non adulterabis, & cætera de genere horum,
„ perfectiora enim tradidit Dominus. Tertia D. Chry-
„ sostomi, minima vocari modestiæ causa à Christo, illa
„ quæ ipse adiecit. Denique illa non irasci, non tacere,
„ non fatue dicere esse eiusdem mandati gradus. Hic
„ sensus Bellarminianæ responsionis.
„ Illi obiicit Pareus pag. 152. [Primo. Etsi præcipue
„ falsis doctoribus, legis diuinæ deprauatoribus ibi mi-
„ netur, eandem tamen pœnam deinceps ad quosuis
„ legis transgressores extendit, non dicit: nisi abundaue-
„ rit doctrina vestra, sed iustitia vestra, ergo non solis deprau-
„ atoribus, sed violatoribus exclusionem minatur.
„ 2. Insultum est, minima vocari non occides, & similia,
„ nam etiam illud: non concupisces, huc pertinet. 3. Alia
„ glossa est absurdior, quia Christus non addidit noua
„ mandata, sed vetera vindicauit à corruptelis. Minima
„ vero mandata vocat quadam mimeli, nam Mosaicam
„ Legem suis deprecatoribus postponebat. 4. De gradibus
„ nodum astringit, non soluit: Totum enim manda-

tum violatores regno cælorum excludit, ergo & o-
mnes gradus. Totum enim mandatum prohibet ge-
nus homicidii, gradus mandati prohibent species ho-
micidii, omne autem homicidium tam in genere, quam
in specie excludit.]

Excepi obiectionem in hunc modum: Non me-
lior igitur patrum, quam Bellarmini conditio, eorum
glossa, insulsa, absurda. Calvinistarum sola, palato
facit, & auribus expositio, Ne temere tamen assentia-
mur, omnia probemus.

Ad. 1. Agit illis verbis Dominus, de doctrinæ de-
prauatoribus. Nam toto illo capite, non modo mo-
res Scribarum & Phariseorum perstringit, sed etiam
doctrinæ corruptionem, & his ipsis verbis hoc eum
agere, non tradunt modo orthodoxi, quos Pareus o-
dit, verum etiam Magistri eius, quibus inscius con-
tradicit.

Sed obiicit: De vitâ & moribus etiam postea tractat cum
ait, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, &
Phariseorum. Respondeo id verissimum esse, nec ne-
gamus etiam improbos mores regno cælorum exclu-
dere. Qui soluerit vnum de mandatis, & cuius iusti-
tia non abundauerit plusquam Phariseorum, damna-
tionis sententia percellitur, non tamen ideo non agi-
tur prioribus, de facto doctrinæ coniunctim solu-
entibus, posterioribus, de solis factis, non doctrina.
De doctrina prius, de factis deinceps agitur, de factis
vero enormibus, nam quorum iustitia par erat iustitiæ
Phariseorum, hypocritæ erant flagitiosissimi, non le-
uibus obnoxii. Cum ergo iungantur à Christo facta
& doctrina, non debent à nobis seiungi.

Nunc etiam hoc addo. Hier. August. l. 1. de Ser-
moni Domini in monte, c. 16. & 17. Chrysost. hom. 16. in
Matth. Greg. l. 19. in Iob. non modo ita interpretari.
Sed etiam vi verborum coactos Calvinianos, Verba
Danielis Tossant. [Et sic docuerit homines, Ergo
ne licet impune soluere legem, modo quis non do-
ceat. Respond. soluere legem hoc loco significat con-
temnim de ea loqui, illam eneruare & male interpre-
tari: quod nominatim fiebat à Phariseis, quos expref-
se taxat, vt ex sequenti versu apparet: Ideo non libe-
rantur à pœna violatores Legis, in genere: verum hoc
loco peculiare iudicium denuntiatur falsis doctori-
bus & interpretibus. Ac si debant quidem Pharisei in
Cathedra Moysi, quatenus lex in templo & Synago-
gis agebatur. Sed rursus illam solvebant & enerua-
bant falsis suis interpretationibus, omnia in externa
quadam obedientia collocantes.]

Quin & Wolfgangus Musculus expresse idem
asserit, vt Pareo maior cum suis, quam nobiscum sit
contentio. Verba sunt. [Ista conclusionis vice ex
præmissis inferuntur, & cum primis doctores regni
cælorum concernunt. Non enim simpliciter di-
cit: Quisquis soluerit vnum ex mandatis hæc mi-
nimis, minimus vocabitur in regno cælorum. Quis-
quis autem fecerit, hic magnus vocabitur. Sed vtraq;
parte addit: Et docuerit. Videtur autem hæc conclu-
sione partim respicere ad id quod dixit, ne existime-
tis quod venerim ad destruendam legem aut Prophe-
tas: partim admonere discipulos, quæ doctrinæ pari-
ter ac vitæ perfectio à doctoribus requirenda sit in re-
gno cælorum: id est, Ecclesiæ illi a noui Testamenti.
Quasi diceret, Longe alia perfectione vitæ & doctri-
næ opus est doctoribus in regno cælorum, quam à
scribis & Phariseis præstari videtis: tam videlicet ab-
est, vt venerim ita annuntiare regnum Dei, vt diuinæ
legis veritatem ac vigorem eneruem. Affirmo enim
vobis, minimos fore vos in regno cælorum, si scriba-
rum more vel minima legis mandata solueritis, & sic
docueritis homines.]

§. 2. Ad 2. & 3. Cum reprehensionem SS. Patrum
finit